

ignis hic autem apparuit paulo in specie lucis. **¶** Secundo quia spiritus sanctus venit super apostolos cum sono uehementi sed inanimato et non significato hic autem christus venit super paulum uoce animata et significativa. **¶** Tercio quia spiritus sanctus docuit apostolos omnem ueritatem statim ut super eos uenit paulus autem doctus est infra triduum sue execrationis et eo tempore quo terram non uidebat christum uidebat ut dicit augustinus in sermone. **¶** Quarto quia paulus in stola sua uidit deum per essentiam in raptu quod de nemine apostolorum legitur. **¶** Quinto quia apostoli in aduentu spiritus sancti erant omnes multum consolati et ideo dicitur paractus id est consolator. Sed paulus in apparitione sibi facta erat tremens et stupens et cadens in terram propter quod bene conuenit paulo dicere illud uerbum psalmi. Conuersus sum in erumna mea id est consideratione miserie et terrore sui et hoc dum configitur spiritu na id est dum i me humiliatur superbia et pungit me spina in conscientia. **¶** **¶** Quarta ad tertium principale qualiter paulus retrosum conuersus intelligitur. **¶** Nota quod iste terminus retrosum aliquando in scriptura ponitur in malo ut mathei septimo. De quibusdam peruersis dicitur facti sunt retrosum et non ante. Aliquando uero in bono ponitur ut hic iordanus conuersus est retrosum. **¶** Propter quod sciendum quod meritum et demeritum nostrum consistit in conuersione et auersione. si creato in quantum allicit ad malum existit meritum. Sed contra in conuersione a bono incommutabile et conuersione ad bonum commutabile consistit demeritum et peccatum unde dicit. Augustinus quod peccare est spiritu bono incommutabili rebus mutabilibus adherere. **¶** In illis ergo qui iam conuersi fuerunt ad deum per fidem et dilectionem operante detestabile est et insanum conuerrere se retrosum. **¶** Iuxta illud in petri 1. Melius illis erat non cognoscere uiam iusticie quam post agnitionem retrosum reuerti. Sicut etiam dicit iohannis 17. quod multi discipulorum abierunt retro et sic retrosum capitur in malo. **¶** Sic autem in illis qui auersi a deo et conuersi ad ista mutabilia mundi ambulantes uias non bonas sed post peccata sua illis inquam conuerti retrosum est summe laudabile et salubre unde psalmus orans pro talibus auersis dicit. Auertantur retrosum et erubescant qui uolunt in mala. Sic et de maria magdalena dicit iohannis 11. Conuersa retrosum uidit iesum. In hoc sensu paulus qui totus

auerfus erat a christo se uenendo in perfectione conuersus erat retrosum ad christum fide et dilectione. Sic etiam augustinus conuersus erat retrosum qui prius persequeretur ecclesiam et impugnabat sacram scripturam ut ipse persequens. vii. de confessione dicens. Cum superbe contra te surgerem et curerem aduersus dominum in ceruice crassa sicut mei. Tu humiliasti tamquam uulneratam supbum et nimis inflata facies claudere oculos meos. **¶** **¶** Confessionum dicit. fueram latro amarus et cecus aduersus literas de melle celi melle et de lumine tuo luminosas et causam huius assignat. **¶** confessionum dicens. Doctum habebam ad lumen et ad ea que illuminant faciem unde ipsa facies mea que illuminata cernebam non illuminabatur. Sed ipse conuersus retrosum uertendo ad lumen clare illuminabatur. Et ex tunc pugnavat diuitias scripturas quas prius in pugnaverat recte sicut paulus. Rogemus deum ut peccatis nostris a se auersos conuertat nos retrosum ad se per gratiam suam qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen. **¶** De purificatione beate uirginis

h Sermo primus



Dicitur impleti sunt dies purificationis marie et luce secundo. Postquam purificatio gloriose uirginis non fuerit optata ex debito necessitate que ipsa est tabernaculum quod altissimus sanctificauit. **¶** **¶** Et plura quod spiritus sanctus dedicauit. Et domus quam filius personaliter inhabitauit fuit tamen magne congruitatis propter tria. **¶** Primo quidem ut doceret humilitatem. **¶** Secundo ut persuaderet sanctitatem. **¶** Tercio ut ostenderet paupertatem. Et hec tria emdenter inueniuntur in euangelio hodierno. Nam humilitas patet in purificatione sui que notatur cum dicitur postquam impleti sunt dies purificationis marie. **¶** Sanctitas patet in presentatione filii que notatur cum subditur. Tulit eum in hierusalem etc. **¶** Paupertas uero inueniuntur in oblatione sacrificii. **¶** Quia obtulerunt pro eo par turturum aut duos pullos columbarum que fuit oblatio pauperum. **¶** **¶** Primo ergo beata uirgo purificari uoluit ut doceret humilitatem. **¶** Quod patet ut enim mater doctores omnium ut ipsa doceret existeret cum non posset uerbo docere

publice pro se ipso et matrem matrem non permitto